



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 36. Gustavi Sueciæ Regis mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

tini filio reposuit, eique Tursinam urbem ære alieno maxime gravatam reliquit. Postea, Joannes Andreas sexto post Patrui sui obitum die Genuam venit, & statim post redditum suum Genuenses, qui defuncti Auriæ cadaver sine ulla funeris pompa noctu interea sepulturæ dederant, eo inclinabat, ut amplissimis in majori Urbis templo exequiis magna pompa celebratis, civi de Republicâ optime merito, hoc saltem insigni animi grati testimonio parentarent.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

### §. XXXVI.

#### *Gustavi Sueciæ Regis mors.*

Eodem anno die vigesima nona Septembris Gustavus Sueciæ Rex septuagenarius Lutheri hæresi immortuus periret. Erat is Erici Wazæ Gripsholmiæ Ducis Filius, qui Christierno II. Daniæ Rege ex Suecia, quam hic Anno millesimo quingentesimo decimo octavo subegeterat, expulso hujus regni Princeps, atque minister declarabatur, & postea prope Upsalmiam Anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo tertio Rex proclamabatur, unde hoc regnum, ad quod antea electionis forte Reges vocabantur, postea ad Gustavi familiam hæreditario jure devolutum est. Hic potius Tyrannum, quam Patrem in suo regi-

Thuan. l. 6.  
Spond. hoc  
ann. 30.  
Joan.  
Magn. hist.  
Suec. l. 24.  
Chytraeus  
l. 9. & 8.

Sæc. XVI  
A. C. 1560

regimine se exhibuit, ac regnum suum Lutherana peite infecisse haud contentus insuper omnem fævitiam in Nobiles effundebat, nonnisi summa avaritia insignis, nec minus dire vexabat Episcopos, ex quibus illos omnes, qui ejus iniquitatibus suffragari renuebant, regno expulit, totiusque populi sui invidiam sibi accersivit. Reliquerat superflitem Catharinam conjugem suam Magni Saxonie - Laxumburgensis Ducis filiam: Ericus vero hujus nominis decimus quartus Gustavo in regno successit, qui die decima tertia Decembbris Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo tertio natus, æque ac parens suus Lutheri sectam professus erat, atque Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo sexagesimo primo coronatus septimo post anno e solio suo dejectus est, eoquod suam concubinam publico connubio sibi junctam velut Sueciæ Reginam promulgari jussisset. Porro postea unacum indigna hac Regina in carcerem conjectus est, ac Joannes ejus frater communi omnium Regni Ordinum, ac Procerum consensu Rex nominatus fuit.

§. XXXVII.  
*Joannes Bellajus Cardinalis mortuus.*

Pari-